

204

340.

I. N. J.

EMBLEMATICUM

Trias

Cedrus
Monte viridi: Sic
vireas. Ps. 92.
v. 15.

Petra sub cœruleo Polo

Unde salit Aqva: Sic doceas.

Exod. 17.v.6.

Lucerna folio aureo
perenniluca: Sic
luceas. Daniel.
12,3.

FESTIVITATI ONOMASTICÆ

VIRI

Maximè Reverendi, Amplissimi, Excellentissimi

DNI. PAULI PHILIPPI

RÖBERI,

SS. Theologiæ Doctoris, Ecclesiæ Freibergens.

Pastoris, vicinarumque Superintendentis celeberrimi,
Fidelissimi, ac vigilantissimi, undi-
quaque meritissimi,

Patroni Nostri augustè,

Sancteque venerandi,

Literulis descripta incomitis, animis
inscripta fidelibus,

*Cum D. 25. Jan. Að. recuperatæ Salutis
M. DC. LXXIX.*

recurreret,

Pio gaudio, religioso desiderio vitæ longævæ,
bonorumque, quæ in mortales hîc cadere
possunt, refertissimæ

Dicata

Collegis.

M. Christophoro Krantz / Archid. * M. Immanuele Gerbern, Concio-

M. Tobia Engel / Eccles. prim. * nat. Matutin. ad D. Petri.

ad D. Petri.

M. Michael Mauckifio, Eccles. pri- * M. Georg. Paulo VVellero, Conci-

mar. ad D. Nic. & Reverend.

Minist. Seniore.

on. matutin. ad D. Nicol.

* M. Georgio Wolff / Diac. ad D. Jacobi.

* M. Tobia Möller, Conc. Vesper.

M. Mauricio Striebeln / Pastore * ad D. Petri.

ad D. Jacobi.

* Samuele Kilmanno, Pastore ad D.

Elia Lindnero, Eccles. Cathedral. * Joh. & Bartholom.

FREIBERGÆ,

Typis ZACH. BECKERI.

203.



Xoriens aperi roseo Matuta re-
cursu,
Da *Pauli* & pulsâ nube pate-
re Jubar!

Nempe Jubar *Pauli* nati Persei-
de Tharsso,

Exutus mentem qvô veteremqve fuit..
Præfulis hoc nostri festum solenne reducit,
Largam lætitiae materiemqve refert.

Hoc etiam voti damnamur, reddere laudem.
Qui vitæ supereft ancora sola, *Deo*.

Huc ades, ante oculos, qvæ non sunt, ante vi-
dentur,

Cujus, & è tenebris qvi revocafqve dies,
Alme Pater, rerum cunctarum summa potestas,

Cui sedit tellus, & fluit unda strepens
Imo *Tibi* totis convexum militat astris;

Ergo ades & cultus, *Maxime*, vise tuos!
Unius res tota tui est, producere luces

Qvenqvam longævo stamine posse suas.
Id *Tibi* debemus, qvodcunqve hic degimus ævi,

Ludimus & scenæ pars sua qvisqve suæ.

Qvæ possunt igitur fundunt præconia lingvæ,
Et *Tibi Soteri* verba decora serunt..

Ne spernas decus hoc, qvod nos mussam⁹ in orbe,
Dicemus laudes plenius in patria.

Ag-

Aggredimur dictis *Tua Nomina*, Epopta verende,

Tendimus & donis concelebrare piis.

Euge qvibus deceat flammis adolere Penates,

Aut qvo fas *festum* more novare *Diem*?

Nostra exosa manus Paetoli munera ditis,

Et qvi proveniunt ex Helicone jocos.

Ingenii nos fila *tui* ductare monemur,

Haud æqvis nobis passibus ire licet.

a. Sacra doces populum meditari *Emblemata* verbo,

Mortis, & *Infernī* mnemata certa, *Poli*.

Nostra vovet Pietas doctrinæ flumina, vitæ

Stamina, tūm famæ lumina clara *Tibi*.

Vita præit Morti, Vitamque opponere Morti

Qvis vetet? Haut nostra religione caret.,

b. Symbolon est Cedrus viridi cultissima monte.,

Cui turbo, frigus, nec nocuere calor.

Sic vireas, vigeasqve diu, gratisqve *Jehovæ*,

Acceptusqve homini luce fruare tuâ,

Et cum post gravior vitæ processerit ætas,

Temporis effluxi ne mala damna gravent.,!

c. Qvis laticesæqvè stygias extingvere flamas

Ac *Christus* nostræ *Petra* salutis habet.,?

Inde petas tanquam puris è fontibus undas,

Et doceas Erebi perdere triste chaos!

d. Atqve eris inter tot cœlorum sidera Lampas,

Qvæ latè rutilo proiicit igne faces.

Inter stellicolas folio stellante locatus

Et plus clarebis lumine Sole tuo!

Sci.

Scilicet has ferimus picturas fœderis arrham,
 Sollicitus toto pectore servat amor.
 Officio ne temne pium præstare favorem,
 Atque voluntatis noscere prolubium,
 e. Tu qui Servorum signasti lemma tuorum,
 Magne Deus, fac ut Hæc Nomina scripta sient!
 Qvò nec venturi dediscat temporis ætas,
 Nec vis hostilis contemerare queat,
 Existatque iterum damnas Tibi Musa pusilla,
 ROBER Æ DOMUI sic iterare vices!

- a. Respicitur ad Methodum Conc. Evangel. Dni Ephori, qvibus singulis tria Emblemata proponuntur i. Ein schwarz Blat / darauff ein Tod-Röppf / mit der Beyschrift: Darzuschicke dich. 2. Ein rot Blat darauff eine Grube voller Holz und Feuer / mit der Beyschrift: Dafür fürchte dich. 3. Ein weiß Blat / darauff eine Erone die aus dem Himmel gezeiget wird / mit der Beyschrift: Darauff freue dich.
- b. Cedrus æternitatis hieroglyphicum est, excellentes & potentes viros indicat ob potentiam, qva alias arbores superat, v. Aphorism. Hieroglyph. ex Pierio Hen. Svalenbergs p. 297.
- c. Petra unde aquæ profiliunt in sacris literis firmam Dei sapientiam demonstrat, unde firma itidem hauritur doctrina c.l. v. 292.
- d. Lucerna gloriam, splendorem nominis, præclaram famam, & vieturam in illustri luce posteritatis suæ celebritatem significat. Idem p. 276. De ellychniis semper ardentibus disqvirunt Physici, an ipsorum existentia stabiliri queat, sunt qui ejusmodi perenniluca non tam dubia, quam vix ulla suspicentur. v. quæ hac de re Jenæ Anno 1670. sub Præfid. M. Chr. Hoffmann, Fac. Plil. Adi. sunt proposita.
- e. Luc. 10, 20



204

340.

I. N. J.

EMBLEMATICUM

Trias

Cedrus
Monte viridi: Sic
vireas. Ps. 92.
v. 15.

Petra sub cœruleo Polo

Unde salit Aqva: Sic ad

Exod. 17.v.6.

FESTIVITATI ONORIS

VIRI

Maxime Reverendi, Amplissimi
DNI. PAULI P.

RÖBER

SS. Theologiæ Doctoris, Ecc

Pastoris, vicinarumque Superintend
Fidelissimi, ac vigilantissimi
quaque meritissimi,

Patroni Nostri au

Sancteque venera
Literulis descripta incomitis
inscripta fidelibus,

Cum D. 25. Jan. A. o. recuper

M. DC. LXX

recurreret,

Pio gaudio, religioso desiderio
bonorumque, quæ in mortale
poslunt, refertissimæ

Dicata

^a
Collegis.

M. Christophoro Kranz / Archid. * M. Imn

M. Tobia Engel / Eccles. prim. * nat

ad D. Petri. * M. Geo

M. Michael Mauckisio, Eccles. pri- * o

mar. ad D. Nic. & Reverend. * Georgi

Minist. Seniore. * M. Tob

M. Mauricio Striebeln / Pastore * Samuele Kinnamino, Faitore ad D.

ad D. Jacobi. * Elia Lindnero, Eccles. Cathedral. *

? Joh.

& Bartholom.

FREIBERGÆ,
Typis ZACH. BECKERI.



203.